

4381 [= Eph. VII 1204] basis marmorea. Spatium scripturae destinatum a. 0,82, l. 0,58; litt. a. 0,065-0,02. Rep. in statione vigilum, ubi exstat.

I M P · C A E S A R I  
L · S E P T I M I O · S E V E R O  
P I O · P E R T I N A C I · A V G  
ARABICO · ADIABENICO · PARTHICO · MAXIMO  
5 FELICI · PONTIFICI · MAX · TRIB · POT · XV · IMP · XII a. p. Chr. 207  
COS · III · P · P · DIVI · MARCI · ANTONINI · PII ·  
GERMANICI · SARMAT · FIL · DIVI · COMMODI  
FRATRI · DIVI · ANTONINI · PII · NEPOTI  
10 DIVI · HADRIANI · PRONEPOTI · DIVI  
TRAIANI · PARTHICI · ABNEPOTI  
DIVI · NERVAE · ADNEPOTI ·  
R E S T I T U T O R I · C A S T R O R V M  
O S T I E N S I V M ·  
SVB · CN · M · RVSTIO · RVFINO · PR · VIG · E · V  
15 CVRA · NTIBVS ·  
C · LAECANIO · NOVATILLIANO · SVB · PR · ET  
M · FL · RAESIANO · TRIB · COH · II · VIG  
PRAEPOSITO · VEXILLATIONIS

Recognovi. Dessau l. l. ad exemplum Huelseni et *Inscr. Lat. sel.* 2155. Lanciani *Not. d. sc.* 1889 p. 40.

12 sqq. v. supra p. 610. — 14 de Cn. Marcio Rustio Rufino cf. *Pros. imp. Rom.* II 339, 177; idem infra n. 4386. 4387, cf. 4389 et supra n. 4378. — fin. *pr(aefecto) vig(illum) e(minentissimo) v(iro)*, item n. 4386 v. 5 fin. 4387 v. 15 fin.; sic enim explicandum esse, non *e(gregio) v(iro)*, demonstravit Hirschfeld *Die kais. Verwaltungsbeamten*<sup>2</sup> p. 456 not. 1; cf. infra n. 4388 v. 13 fin. 4393 v. 14 fin. *em(inentissimo) v(iro)*. Offendere autem dignitatem *eminentissimorum virorum* praefectis vigilum adscriptam et in his inscriptionibus et intitulo urbano eiusdem fere aetatis C. VI 30960 (a. 223) notavit Dessau *Eph.* VII p. 362; solent enim praefecti vigilum tertio saeculo appellari *perfectissimi viri*, ut in titulis Ostiensibus Gordiano imperante positus infra n. 4397. 4398, cum dignitas *eminentissimorum virorum* propria sit praefectorum praetorio. Difficultatem explicare conatus est Hirschfeld *Kl. Schr.* p. 655; idem loco supra laudato p. 255. 456. Cf. etiam Reynolds *The vigiles of imperial Rome* (1926) p. 40 sqq. — 15 quae lineis circumclusi, in litura reposita sunt; cf. infra n. 4386 v. 6. 4387 v. 16. Littera N hic et in

n. 4386 ex M correcta est, erat antea scriptum *curam agentibus*; in n. 4387, ubi post CVRA interpunctionem vidi, videtur fuisse *cura agentibus*. Qua de re adnotat Dessau *Eph.* VII p. 364: 'Non potest casui tribui quod in tribus his basibus, cum antea scriptum esset subpraefectum cum tribuno *curam egisse*, mutata scriptura eidem dicuntur *curavisse*. Videtur vocabulum *agendi*, apud vigiles Ostiae consistentes proprie de centurionibus usurpatum (cf. n. 13 et [4397 not.]), cum adhibitum esset de subpraefecto et tribuno, aliquo modo offensus et ideo esse sublatum.'

4382 pars epistylis magni marmorei, a dextra integra, a sinistra fracta; a. ca. 0,42, l. ca. 1,26, cr. ca. 0,26. Rep. *allo sbocco di via Epagathiana con il decumano*. Exstat ibidem.

E R T I N A C I · A V G 11,5  
R/////////H//K//U//////// 8,2  
SALINATORE · IANVARIO · L · FAIANIO · OLYMPO · MAG · Q · Q · LVST · XX --- 3

Descripti. Calza *Not. d. sc.* 1927 p. 394 n. 26.

2 in. videtur fuisse O; fortasse supplendum est [--- *et Iuliae Aug. matri Augg. et castr*]or(um); quae sequebantur, funditus erasa sunt, vestigia litterarum ARO quae notavi minime certa. Ceterum v. 4 pertinere potest ut ad Septimum Severum ita ad Pertinacem ipsum. — 3 in. *Salinator* nomen gentilicium (cf. supra p. 4 a). — fin. potest ipsum per se fuisse etiam v. Lege *mag(istris) q(uin)q(uennalibus) lust(ri) X---*, scilicet eius collegii, quod imperatori titulum dedicavit, fortasse collegii fabrum tignuriorum (cf. supra p. 644 b).

4383 [= Eph. IX 450] fragmentum tabulae marmoreae, a. 0,145, l. 0,175, cr. 0,024. Rep. *via della fontana*. Est in repositis musei Ostiensis.

S · I M P 5,7  
S · S E V E R 5  
ARABICO

Descripti. Borsari *Not. d. sc.* 1897 p. 527, inde Dessau l. l. 2 sq. videntur pertinere ad Septimum Severum.

4384 tabulae marmoreae fragmenta duo, quorum alterum (a) ipsum quoque in duas partes fractum est. Litterae a. ca. 0,14. Rep. *innanzi al gran tempio*. Exstant gypso inclusa in repositis musei Ostiensis.

a b  
M · A · V · K · E · L vacat

Descripti. Vaglieri *Not. d. sc.* 1913 p. 303.

Fortasse --- *L. Septi(mio) [Severo --- et ---] M. Aurelio [Antonino ---]*.

4385 fragmentum tabulae marmoreae a. 0,15, l. 0,14, cr. 0,025; a parte inferiore tabula integra est, extremus versus exstat in margine scriptus; litt. a. 0,012-0,009. Rep. *a nord della caserma dei vigili*. Est in statione vigilum parieti affixum prope latrinam.

L  
Iuliae au. MATRI Augg. et castrorum  
c. Fulviae plautianae pr.  
5 IG HIS QVI H  
SVB CVRA  
EX IDVS APRiles in idus augustas  
COMMILITON  
SATURNINVS  
prOBVS M VLPIVS  
fortuNATVS M AVR M sic

Descripti ad lapidem, contuli ad ectypum; supplevi. Vaglieri *Not. d. sc.* 1912 p. 328.

Ad inscriptionem intellegendam adhiberi oportet e. g. titulos C. VI 220. VIII 2557 (= Dessau 2354) et Ostienses supra n. 4378 et infra n. 4499 sqq.; v. etiam supra p. 610. — 1 vestigium prius haud plane perspicuum; altera littera videtur fuisse E vel L. — 4 sqq. ante Iuliam sine dubio nominati fuerunt maritus et filii, post illam fortasse Fulvia Plautilla Severi Antonini. Nomen Plautiani positum est fortasse utpote consulis a. 203 (cf. C. VI 220); ceterum nota nomen non erasum (cf. infra n. 4392). — 4 sqq. fuit fere [illo *pr(aefecto) vig(illum)*, illo *s(ub)pr(aefecto) v(igillum) his qui h[uc?] in vexillatione descenderunt sub cura [illorum e]x idus (sic) Apriles in idus*

*Augustas*]. — 7 in. videtur fuisse A. — Cogitavi de supplemento *commilito[nibus nostris feliciter]*, cf. infra n. 4514 et Dessau *Inscr. Lat. sel.* 2611. — 8 sqq. non videtur esse laterculus militum frumento publico incisorum ut in titulis C. VI 220 et infra n. 4499 sqq.; laterculus hic potius similis est illi supra n. 4378 v. 6 sqq.